

## CONTRA CRESCONIVM GRAMMATICVM

**G** somno gravi disputatione Paulo. Habis etiam in libro Psalmorum, Suaus sit ei disputatione mea. Habes & apud Elaiam Prophetam, Venite disputationis, dicit dominus. Et multis alijs diuinarum scripturarum locis lege vbi inuenieris hoc verbum, & inspicie codices Graecos in eisdem testimoniis sanctorum scripturarum, & videbis unde sit appellata dialectica, ne quod omnes iusti etiam cum deo faciunt, quibus dictum est, venite disputationis dicit dominus, non imiteris sapienti pietate, sed in ista temeritate criminis.

**D**isputare quid.  
**Ca. XV**

Qui enim disputatione, verum discernit a falso. Quod qui non possunt, & tamen dialectici videri volunt, pecunias insidiolas interrogations captant incautorum assensiones, vt ex eorum responsionibus concludant unde illos vel in aperta falsitate deceptos rideant, vel occultam falsitatem deceptis persuadent, quam plerunque etiam ipsi existimant veritatem. Qui autem verus disputationis est, id est, veritatis a falsitate discreto est, primo id apud se ipsum agit, ne non recte discernens ipse fallatur, quod nisi diuinitus adiutor peragere non potest, deinde cum id quod apud se egit ad alios docendos profert, intuetur primitus quid iam certi nouerint, vt ex his eos adducat ad ea quae non nouerant vel credere nolebant, ostendens ea consequentia his quae vel scietia vel fide retinebat, vt per ea vera de quibus se persicunt consentire, cogitare alia vera que negauerunt approbare, & sic veri quod fallum ante putabatur discernatur a falso, cum inueniatur contumeliam illi vero quod iam antea tenebatur falso.

**R**hetor & dialecticus quid  
**C. XVI**

Hoc ille verus disputationis si late diffusus & faciat, eloquenter facit, alioquin tunc censemur agetur, quod vocabulo, vt dictor portio quam disputatione vocatur, sicut illum locum. A postolus copiose dilatataque diffundit. In omnibus, inquit, commendantes nosmetipos ut deim in ministros, in multa patientia in tribulationibus, in angustiis, in plagiis, in carcenis, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in benignitate, in spiritu sancto, in charitate non facta, in verbo veritatis, in virtute dei per armam iustitiae dextra & sinistra, per gloriam & dignitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces, vt qui ignoramus & cognoscimus, quasi morientes & ecce vivimus, vt coerciti & non mortificati, vt tristes semper gaudentes, sicut egeni multos autem ditates, tanquam nibil habentes & omnia possidentes. Quid enim hoc stylo apostolico uberioris & ornatus, id est, eloquentius inuenies? Si autem praefice atque constricta, magis cum disputatione quam dictorem appellant, conluerunt, qualiter autem idem. A postolus de circumsione & prepucio patris Abraham, vel distinctione legis & gratiae, Quid quidam non intelligentes, immo vero calumniatores, criminis sunt eum dicere. Faciamus mala ut eteniant bona. Siue autem sit dictor sive disputationis, nec dictio sine disputatione est, cum & in ipsa eloquentie latitudine veritas a falsitate discernitur, nec disputationis potest esse sine dictione, quando utique verbis & lingua ipsa constrictio sermonis exprimitur, sive illo utratus perpetuo sive interrogando eum cum quo agit, cogitat respondere quod verum est, & ex hoc ad alium verum quod quererebat adducat, vbi maxime regnare dialectica dicitur.

**R**om. 3, 2 Cor. 6  
**Christus dialecticus. Cap. XVII.**

Cum enim quisque huius responsionibus vincitur, & si male respondit, non habet quod imputet disputationi, sed sibi: & si bene respondit, erubescit vterius resistere, non iam disputationi sed sibi. In quo genere dominus cum aduersus Iudeos crebro ageret, & quod illorum response corporis conclusio sive communiceret, non vos audierant,

nec vobis comitari didicerant. Nam libenter K & inuidiosus & fortasse dialecticum quod Samaritanum appellarunt. Quomodo enim putas eos contortos atque confusos, cum volentes cum capere in verbo priores interrogauerit, utrum licet et tributum reddere Caelari, bicipiti videlicet complexione insidiantes, vt quodlibet eligens caperetur? Si licere responderet, tanquam reus esset aduersus populum dei si autem diceret non licere, tanquam Caelarius aduersarius perimeretur. Vbi ille nummum sibi poposcit ostedi, & interrogavit cuius habebat imaginem & inscriptionem? At illi cum respondissent Caelaris, aperta enim veritas hoc eos respondere cogebat, continuo dominus eorum responsione colligatos ac captos trahens. Reddit, inquit, Caelari quod Caelaris sum, & deo quod dei sum. Obscoeno te, illine fuerunt dialectici qui praetensis interrogationis insidiis decipiendo superare moliti sunt? An ille potius qui ex hospicio quod interrogaverunt veram eorum responsionem prudentia interrogationis eliciens, illud verum quod ab eo probabant periculose dici, ipso compulit confiteri?

**D**olosa dialectica. Cap. XVIII.

Si illos dixeris fuisse dialecticos, quia dolose, quia calumniosi, quia malitiosi interrogando in verbo capere cupiebant: tales enim etiam nos vultus videri: cur eis tamen dominus respodit, cur eos vlique ad veritatem confessionem reddit ratione perdidit? Cur eis dixit, Quid me tentatis hypocrite: & non addidit, dialectici? Cur sibi nummum demonstrari flagitauit, vt sententiam suam veracem exprimeret etiam de ore fallacium, ac non potius ait. Abcedite, neque enim loquendum est vobis qui captiosas interrogations proponitis, qui dialecticos mecum agere vultis? Nihil tale dixit, nec aduersus captiosos interrogatores, & verborum vestrorum callidos captatores exemplum tale nobis propositum, sed vt eos potius etiam veritatis inimicos vigilanti interrogatione & iniuncta ratione testimonium veritatis perhibere cogamus. Hoc non nobis faciant vestri, si nos malitiosi & dialecticissimi. An te timere indicant, ne hoc eis nos potius facias? Si autem Christum dixeris dialecticum, laudabis dialecticam quam mihi pro crimine obieceras.

**D**ialecticus. Cap. XIX.

Quid ne facias, video quod fortasse daturus sis, nec illos nec illum in ea sermocinatione eis quis, aliquid egisse dialectice. Si ergo nec illi qui captiosi atque insidiolos sermocinantur vt in verbo decipiunt eos cum quibus agunt, nec illi qui tales eorum M responsione coniungunt dialecticam agunt, dic nobis tandem quid sit dialectica, & quantum mali habeat, quantum noceat, quam fungenda sit doce. Cuius nomen inuidiosi subiectis ignorantibus, crimen ostendit quarentibus. Non vis fateri quod dialectica agat, qui homines aeternos a vero perire respondeat interrogans, responsionibus eorum adducit ad verum, ne dialectice cum Iudeis etiam Christum egisse fatearis, Item non vis illos agere dialectice qui captiosis interrogations insidiantes respondentem decipere moluntur, ne & ibi ostendatur ita cum Christo egisse Iudeos, quos tamen ille non declinavit tacendo, sed potius loquendo superauit, ac sic cogaris fateri non recte Episcopos vestros, quos doctos atque sapientes putas, etiam cum dialecticis nolle habere sermonem, quo iniunctam doceant veritatem. Video, magnos aestus patens quomodo definias dialecticam, vt nec peritus disputationis sit, ne quod vituperasti laudare cogaris, nec insidiolos verborum captatores, ne tibi dicatur, sicut egit cum talibus Christus, sic agat cum Christianis. Proinde si placet ista cura liberari, eum definiri esse dialecticam, cu quo legisperit de parte Donati nolunt habere,